UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXX. Papst Urban V. incorporirt dem Kloster Krevese die Pfarrkirche zu Osterburg, am 31. Juli 1366.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54934

Visual Library

vnd Gunthers von Barbey, Grauen, Heinrichs zu Plawen vnd heinrichs zu Geraw, vogten, Johannſen von Hakeborn, Borſen von Ryſemburg, Beniſchs, Janen vnd Beniſchs von Wartemberg, Dietrichs vnd fridrichs, gebruder von Schonemburg, Thymen von koldicz, Petirs von Bredow, Johans Rochow, Hermans von wolkow vnd ander vil trewirdiger loute. Mit vrkund dicz brieues vorſigelt mit vnſer keiſerlicher Maieſtat Inſigel, Der geben iſt zu frankenfurd vff der Oder, Nach Criſts geburt dreyzenhundert Jar, darnach in dem drey vnd ſechzigſtem Jare, an ſand Jacobs tage des heiligen Czwelfboten, Vnſer Reiche des Romiſchen in dem achzehenden, des Behemiſchen in dem Sybenzenden vnd des keiſertums in dem neunden Jare.

Nach dem Orig. des K. Geh. Staats-Archives.

XXX. Papſt Urban V. incorporirt dem Kloſter Krevеſe die Pfarrkirche zu Oſterburg, am 31. Juli 1366.

Urbanus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis in criſto filiabus Prioriſſe et Conventui Monaſterii in Creueze, per Prioriſſam ſoliti gubernari, ordinis ſancti benedicti, Verdenſis dioceſis, ſalutem et Apoſtolicam benedictionem. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et romanam eccleſiam geritis, promeretur, ut petitiones veſtras, illas preſertim, per quas veſtro et monaſterii veſtri ſtatui ſalubriter conſulatur, ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus. Exhibita nobis ſiquidem nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod dictum veſtrum monaſterium, in quo de propriis eiusdem monaſterii redditibus octuaginta moniales reddentes domino famulatum commode ſuſtentari conſueverunt, propter guerras et inundationes aquarum, que in illis partibus viguerunt, ad tantam paupertatem devenit, quod viginti vix moniales de eisdem redditibus poſſint commode ſuſtentari et incumbentia eis onera ſupportare. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut parochialem eccleſiam in Oſterborgh, Halberſtadienſis dioceſis, cuius jus patronatus ad uos et dictum Monaſterium veſtrum ut aſſeritur pertinet, uobis et dicto Monaſterio veſtro pro congrua veſtra ſuſtentatione unire et incorporare et annectere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi ſupplicationibus inclinati, eandem eccleſiam, cuius fructus redditus et proventus viginti quatuor Marcharum argenti communi eſtimatione valorem annuum ut aſſeritur non excedunt, cum omnibus iuribus et pertinentiis ſuis uobis et eidem monaſterio veſtro, cuius etiam fructus redditus et proventus Centum Marcharum argenti ſecundum dictam eſtimationem valorem annuum ut aſſeritur non excedunt, auctoritate apoſtolica perpetuo tenore preſentium incorporamus, annectimus et unimus, ita quod cedente Rectore dicte eccleſie, qui nunc eſt, vel ipſam eccleſiam quomodolibet dimittente, liceat uobis poſſeſſionem dicte eccleſie ac jurium et pertinentiarum predictorum libere apprehendere et perpetuo licite retinere, Dioeceſani loci et cuiuslibet alterius ſuper hoc licentia vel conſenſu minime requiſitis, reſervata tamen de fructibus redditibus et proventibus ipſius eccleſie pro perpetuo vicario inibi inſtituendo congrua portione, de qua idem Vicarius poſſit congrue ſuſtentari, epiſcopalia jura ſolvere et alia incumbentia ſibi onera ſupportare, Non obſtantibus ſi aliqui ſuper

proviſionibus ſibi faciendis de huiusmodi parrochialibus eccleſiis aut aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus generales vel ſpeciales apoſtolice ſedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem et decretum vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem litteras et proceſſus per eos habitos ad eandem eccleſiam volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem parrochialium eccleſiarum et beneficiorum aliorum prejudicium generari, et quibuscunque privilegiis et indulgentiis ac litteris apoſtolicis ſpecialibus vel generalibus quorumcunque tenorum exiſtant, per que preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda ſit in veſtris litteris mentio ſpecialis. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre incorporationis, annexionis et unionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud ſanctum Petrum, II. Calend. Auguſti, Pontificatus noſtri anno quarto.

Gundlingſche Urkundenſammlung III, 3. S. 92. — Beckmann's Beſchr. V, I, X, 158. — Lenz Br. Urk. S. 446 mit der Jahreszahl 1382.

XXXI. Markgraf Otto vereignet der Stadt Oſterburg die vor der Stadt gelegene von denen von Königsmark beſeſſene Hofſtätte Pinnow, am 18. März 1369.

Wir Otte, von gotes gnaden Marggreue zu Brandenburg, des heiligen Römiſchen Reichs oberſter Kamerer, Pallanzgreue by dem Ryne vnd Herzog zu Beyern, bekennen offentlich, das wir mit wolbedachtem Mute vnd mit Rate vnſes Rates, den Weyſen beſcheydenen Luten, den Rathmannen, Gildemeiſtern vnd den gemeinen Bürgern vnſer Stadt zu Oſterburg, vnſern lieben getrewen, die nhw ſint vnd hienach zukommende ſynt, voreygnet haben, vnd voreygen auch mit Kraffte dis brieves dy Hoveſtädte zu Pynnow, die gelegen iſt vor vnſer genanten Stadt zu Oſterburg, mit den hogeſten vnd ſiedeſten Gerichten bynnen Tuns, mit Huben vnd wurden, Wezin, Weyden, Holzen, Brücken, mit dem ſiedeſten Gerichte in Velde vnd in Marcke des vorgenanten Gudes, mit allen oren Nutzen, Früchten, Renten, Pachten, Pflege, Fryheiden, Gewonheiden vnd gemeinlichen mit allen Zugehörungen, als die veſten lüte Hye, Otte, Achatius, Herbrecht vnd Henning, Brüder, geheiſzen von Königeſsmarcke, vnſe liebe getruwe, das bis do herzu von vns zu Lehne gehabet haben, vorbas mehr bey den ergenamten Rathmannen, Gildemeiſtern vnd gemeinen Bürgern zu Oſterburg, die nhu ſind vnd zukomende ſind, zu irem vnd derſelbigen vnſer Stadt Nutz vnd behuff, zu eygenen rechten Eygen vnd Eigendhomes wyſze friedlicken vnd geruhelicken, zu ewigen Zeiten, ane allerley hinder zu beſitzen, vnd vorziehen vns aller Anſpracke vnd Gerechticheit, die wie, vnſe Erben vnd Nakomen an den vorgenanten Gute haben oder gehaben möchten, in zukomenden Zeiten nimmermehr wider zu fordern, zuheiſchen, noch anzuſprechen in keiner Weyſe. Des zu Orkunde haben wir vnſer Inſigell ahn deſſen breff laſſen hengen. Darober